

diomatrici, Sequani, Raurici, Heluetij. Colonia, eque-
stris & Rauriaca. Rhenū autem accolentes, Germa-
nia gentium in eadem prouincia, Nemetes, Tribochi,
Vangiones, hinc Vbij, Colonia Agrippinensis, Guger-
ni, Bataui, & quos in insulis diximus Rheni.

Lugdunensis Gallia. CAP. XVIII.

Lugdunensis Gallia habet Lexouios, Vellocasses,
Galletos, Venetos, Abrincatuos, Osismios, flu-
men clarū Ligerim. Sed peninsulā spectatiorem
excurrētē in oceanū à fine Osismiorū circuitu dcxxv. 10
M. pass. ceruice in latitudinē cxxv. M. Ultra eā Nan-
netes. Intus autem Hedui foederati, Carnuti foederati,
Boij, Senones, Auleri, qui cognominantur Eburoui-
ces, & qui Cenomanni, Meldi liberi, Parrhisii, Treca-
ses, Andegauī, Vidugasses, Vadicaesses, Venelli, Cario-
suelites, Diablini, Rhedones, Turones, Itesui, Secusia-
ni liberi. in quorum agro colonia Lugdunum.

Aquitania. CAP. XIX.

Aquitania sunt Ambilatri, Anagnutes, Pi-
etones, Santones liberi, Sesignani, cognomine 20
Vbisci, Aquitani vnde nomen prouinciae, Sedi
boniates. Mox in oppidū contributi Conuena, Beger-
ri, Tarbeli quatuor signani, Cocossates sex signani, Ve-
nami, Onobriates, Belēdi, saltus Pyrenaeus. Infraq;
Monesi, Osquidates mōtani, Sibyllates, Camponi, Ber-
corcates, Bipedimui, Saffumini, Vellates, Tornates, Cō-
soranni, Ausci, Elusates, Sottiates, Osquidates cāpē-
stres, Succasēs, Latufates, Basabocates, Vassei, Sen-
nates, Cābolectri, Agesinates Pictonibus iuncti. Hinc
Bituriges liberi, qui Cubi appellantur. Dein Lemoui- 30
ces, Aruerni liberi, Gabales. Rursus Narbonēsi pro-
uinciae cōtermini Rutheni, Cadurci, Antobroges, Tar-
neq; amne discreti à Tolosanīs Petrogori. Maria cir-
ca oram, ad Rhenum septentrionalis oceanus, inter
Rhenum & Sequanam Britannicus, inter eum & Py-
renaeum Gallicus. Insulae complures Venetorū, et quae
Veneticae appellantur, & in Aquitanico sinu Vliarus.

Citerior Hispania. CAP. XX.

APyrenaei promontorio Hispania incipit, angu-
stior non Gallia modo, verum etiam semetipsa, 40
vt diximus, immēsum quantū hinc oceanus, il-
linc Iberico mari cōprimētibus. Ipsa Pyrenaei iuga
ab exortu aequinoctiali fusa in occasum brumalē, bre-
uiorē latere septentrionali quā meridiano Hispanias
faciunt. Proxima ora citerioris est, eiusdemq; Tar-
raconensis situs, à Pyrenaeo per Oceanū Vasconū sal-
tus, Olarso, Vardulorū oppida Morosgi, Menosca, Ve-
speries, Amanum portus, vbi nunc Flauiobriga, colo-
nia ciuitatū ix. Regio Cantabrorū, flumē Sanda, por-
tus victoriae Iuliobrigensum. Ab eo loco fontes Iberi 50
xl. M. pass. Portus Biendium, Origeni mixtis cantabris.
Portus eorū Vesei, Veca. Regio Asturum, Neoga
oppidū, in peninsula Pefici, Et deinde cōuentus Lu-
censis à flumine Nauilubione, Cibarci, Egoarri co-
gnomine Namarini, Iadoni, Arrotreba, promontori-
um Celticum. Annes, Florius, Nelo, Celtici cogno-

mine Neria, superq; Tamarici, quorum in peninsula
tres ara Sestiana Augusto dicatae, Capori, oppidum
Noela. Celtici cognomine Praesamarci, Cileni. Ex in-
sulis nominadae, Corticata, & Aunios. A Cilenis, cō-
uentus Bracarū, Heleni, Grauij, castellum Tyde, Grae-
corū sobolis omnia. Insula Cica. Insigne oppidū Ab-
obrica. Minus annis iij. M. pass. ore spatiosus, Leuni,
Seurbi, Bracarum oppidū Augusta, quos supra Gal-
lecia. Flumen, Limia. Durius annis ex maximis Hi-
spania, ortus in Pelendonibus, & iuxta Numantiā:
lapsus dein per Aeuacos Vaceosq; determinatis ab
Asturia Vetonibus, à Lusitania Gallecis, ibi quoque
Turdulos à Bracaris arcens. Omnisq; dicta regio à
Pyrenaeo metallis referta, auri, argēti, ferri, plumbi,
nigri albiq;. Lusitania. CAP. XXI.

ADurio Lusitania incipit, Turduli veteres, Pe-
suri, Flumen Vacca. Oppidū Talabrica. Oppi-
dum & flumen Minium. Oppida Cornibrica,
Colippo, Eburo, Britium. Excurrit deinde in altū va-
sto cornu promontorium, quod alij Artabrum appel-
lauere, alij magnum, multi Olissipponense ab oppido,
terras, maria, cælum determinans. Illo finitur Hispa-
niae latus, & à circuitu eius incipit frons.

Insulae in Oceano. CAP. XXII.

Septentrio hinc Oceanusq; Gallicus, occasus illinc
& oceanus Atlanticus, promontorij excursus lx.
M. prodidere, alij xc. M. pass. Ad Pyrenaeum inde
non pauci XII. l. milia, & ibi gentē Artabrum, quae
nunquā fuit manifesto errore. Arrothebas enim, quos
ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco po-
suere literis permutatis. Erratum et in annibus inchy-
tis. Ab Minio quē supra diximus, cc. M. pass. (vt au-
tor est Varro) abest Aeminius, quē alibi quidā intel-
ligunt, & Limāā vocant, obliuionis antiquis dictus,
multumq; fabulosus. Ab Durio Pagus cc. M. pass. in-
terueniente Munda. Tagus auriferis harenis celebra-
tur. Ab eo clx. M. pass. promontorium sacrum è me-
dia prope Hispaniae fronte profilit. XIII. M. pass. inde
ad Pyrenaeum mediū colligi Varro tradit. Ab Ana
vero, quo Lusitaniā à Batia discreuimus, cccxxvi. M.
pass. A Gadibus cij. M. p. additis. Gentes Celtici, Var-
duli, & circa Tagum Vetonnes. Ab Ana ad sacrum
Lusitani: oppida memorabilia à Tago in ora, Olissip-
po equarū è fauonio v̄eto cōceptu nobile, Salacia co-
gnominata Vrbis imperatoria, Merobrica, promontori-
um sacrum, & alterū Cuneus. Oppida, Ossonoba, Bal-
sa, Myrtilis. Vniuersa prouincia diuiditur in cōuentus
tres, Emeritēsem, Pacensēsem, Scalabitanum. Tota po-
pularū xlv. in quibus coloniae sunt quinque, municipiū
ciuium Romanū vnum. Latij antiqui tria. Stipendia-
ria, xxxvi. Coloniae, Augusta emerita Ana fluuiio ap-
posita, Metallinensis, Pacensis, Norbensis, Casariana
cognomine. Cōtributa sunt in eam castra Iulia, castra
Cecilia. Quinta est Scalabis, quae praesidium Iulium
vocatur. Municipium ciuium Romanum, Olissippo,
felicitas Iulia cognominatum. Oppida veteris Latij
Ebora,